

lit, dum ipsa incisionem refugit. Hi sunt Angles florib. 1. p. de matrim. q. 8. de impedimentis matrimonij art. 1. post. 1. diffi. cultatem, dub. 9. Ludou. Lopez, Manuel, Vega. n. præcedeti allegati. Cañedo summa sacramentorū, de matric. 5. n. 37. quod & verissimum est. Cū igitur in nostro casu legitimum etiam cōsistat matrimoniu, erunt liciti tañtus.

22 Tertiò dico, vbi probabilis seminādi intra vas, spes subest, licitū est ad id conari, quāuis per accidēs, ac præter intentionē, extra vas semē effundatur. Cōstat, quia cō iux ille opē dā rei licitū, procurās copulā sibi possibīlē, ac permīssā, & præter intentionē sequitur externa illa effusio. Secūdo, quia c. laudabilē, de frigidis, & malef. cōceditur triēnalis experientia cōiugibus dubitantibus nū impotentia perpetua sit, ac subinde an matrimoniu valuerit: & tamē illo spatio cōstat aut semper, aut sepe fore vt semen extra vas decidat: & stāte tali periculo est licitū conari ad copulā, iureq; approbatur. Quia eo manētī dubio coniuges subs habent in matrimonio perseuerādi, idq; impedimentum inuestigandi, quod fieri sufficēter nequit, nisi operi cōiugali vacādo. Fortius ergo in nostro casu id licebit, vbi valor matrimonij certus est, ac proinde certius, & fortius ius coniuges habent coniugali copulā vacandi, experie diq; nū impotentia illa seminandi intra vas, perpetua sit. Ita docet Cai. quē. n. 20. retuli, & refert accidisse cuidā vt per multos annos, intra vas effundere semē minime potuerit, ac sex annis trāsactis potuisset, & interim ait conādo minime deliquisse. Idē Nau. sum. c. 22. n. 60. & c. cōsideret, in princ. n. 84. de penitentia. d. 5. Enriq. lib. 11. de matric. c. 16. n. 7. & c. 15. n. 4. in cōmēto, librē. N. Manuel, Ludouic. Lopez, Vega quos retuli. nu. 20. & aperte colligitur ex Sorotiū citato, quia dū ait hunc nō posse conari, temperat, modō legitime certus sit se non posse intra vas effundere. Quanto autē tēpore experiri possit, dicā n. 26. Hoc autē verū est, licet vix maritus, aut ratione suā impotentia, aut scēmine arctitudinis, possit intra vas seminare. Quod probant ratio nes adductā: affirmatq; Enriq. lib. 11. de matric. c. 16. n. 7. Et quāuis Palac. 4. d. 34. q. 1. c. 1. 4. dicat huic dubitāti de impotentia licere reddere, nō tamē pe tere, iuxta. c. Dñs de secundis nup. At dic vtūq; licere in hōc dubio, vt probauit, lib. 2. dīspūt. 41. numero. 53. ad primum se-

cunda sententiā, & lib. 7. dīspūt. 103. fin. Hinc deducitur, quid dicendū sit de se nibus, quibus vires, potestas; feminandi intra vas deficiūt: si enim cōstat impotentia esse perpetuā, tañtib; extra pollutionis periculū vti poterūt: iuxta dictā. n. 21. non autē copulā cū eo periculo fundēdi semē extra iuxta dictā. n. 21. si autē subit aliqua spes intra seminādi, aut aliquādo, licet vix, intra seminē, licebit copulā vti cū eo periculo, iuxta dictā. n. præcedeti. Et quamuis vbi nō cōstat impotentia esse perpetuam, sibi vir persuadeat fore vt illa vice, quā cō greditur, nō possit intra vas seminare, potest depōsita consciētia accedere ad vxorē. Tū, quia certus esse nequit, fieri enim poterit vt præ voluptate coitus, membrū vires assumat, erigaturq; atq; ita possit vas penetrare, & intra effundere. Tū etiā, quia vir potens intra seminare, cui licitum est conari iuxta dictā. n. præcedenti, in fine, frequēter sibi id persuadebit, grauissimē. q. vrgēbitur scrupulis, ac in magnas angustias rediget, si tūc sibi congrēdi nefas sit. Idē videtur prima fronte dicendū, vbi 24 femina intra vas, receptū semen retinere nō possit, sed prorsus expelleret, nec spes retinēdi superesset. Quod perinde sit semē intra vas non recipere, ac receptū non retinere. Cū sine suo in vtroq; casu frustretur matrimoniu. At censeo tunc nullatenus incediendū cōiugij vsū, sed idē de his dicendū, ac de coniugibus verē potētibus. Quod perfecta copula coniugalis habeatur intra vas, atq; per accidens eueniat feminis legitime recepti expulsiō. 25 Nec quāuis tunc diceremus illicitū esse cōiugij vsū, damnandi essent cōiuges, quamuis id semper accidat. Quia sepe matris retinet necessariū semē ad generationem, superfluo expulso, vt dixi dīsp. præcedenti, nu. 5. Ita docent Manuel, & Vega quos. nu. 20. retuli. Ludouic. Lopez. 1. p. instr. c. 79. §. dubio de quo sum rogatus. Tandem rogabis, quanto tēporis spatio liceat conari ad copulam, & experiri, vbi dubiū est de prædicta impotentia. Breuiter dic, tam diu id licere, quādiu est probabilis spes seminādi intra vas, vt bene docet Enriq. lib. 11. de matric. c. 15. n. 4. in cōmēto, librē. N. & colligitur ex Doctoribus citatis, nu. 22. qui nullam aliam tēporis morā præscribunt, nisi dum est spes: & Caietan. vt ibi retuli, quē omnes alij allegāt, ac sequitur, dici impotentē qui per sex annos expertus fuit; & tandem potuit, eo medio

tēpore conando ad copulā minime deliquisse. Quando autem non esset ea probabilitas, sed omnibus circumstantijs confideratis esset omnino dubium de impotentie perpetuitate, nullam aliam certiorē morā præscribere possumus, quā eā, quę præscripta est. c. laudabilem, de frigid. & malefic. nempe, vt triēnalis experientia concedatur. Et quamuis in eo casu sermo sit vbi est dubium de impotentia præcedenti matrimonium, & consequenter de eius valore: in præsentia autem certum sit matrimonium, & solum dubitetur de impotentia superuenienti: cū tamen vtrobiq;

dubitetur de impotentia perpetuitate, in priori casu ad dirimendum matrimonium omnino, in posteriori autem ad dissoluum solum quoad copulam, merito legitima, ac sufficiens illo triēnii spatio capitur experientia in vtroq; casu, perpetua ne sit impotentia, an temporalis. An verò idem tempus in senibus expectetur, dixi lib. 7. dīsp. 108. n. 21. An potentibus coire, sed non seminare: 27 vel non potētē parere absq; periculo proptia vite, aut prolis, vel quādo nequit probari in foro externo impotentia cōiugis, liceat copula. Dixi lib. 7. dīsp. 102. a. n. 6.

DISPUTATIO DECIMOCTAVA.

Vtrum abusus vxoris contra naturam, siue sodomia, siue solius mollicici culpa admittendo, sit grauior culpa quam inter solutos, habeatq; circumstantiam adulterij necessario confitendam.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta sua aliena non esse adulterij: aut satis esse fatore accessum ad coniugam in genere. n. 1. & 2. Num sit grauior culpa cum vxore, quā cum alia soluta, aut coniugata. nu. 3. Cum vxore est verumq; adulterium, & necessario fatendum. n. 4. Non satis est fatore accessum ad coniugatā in genere. n. 5. Soluuntur argumenta. n. 6.

Videtur nullam esse adulterij culpam, & leuius peccatum esse abusu talem propria vxoris, quam solute. Primò, quia cū propria vxore solū peccatur quoad modum: cū soluta autem est peccatū quoad modum, & substantiam, cū inter solutos nulla detur in corpus potestas. Secūdo, quia nulla ad est hic adulterij circumstantia: vt cōstat ex D. Ambros. lib. de Patriarchis: & habetur c. nemo sibi. 32. q. 4. ibi. Nec hoc solū est adulterij, cū aliena peccare cōiuge, sed omne quod non habet potestatem coniugij. Quē locū Glossa ibi, verb. sed omne, & Vincētius in spenulo doct. in. 2. tom. lib. 10. c. 37. explicat sic, id est, omne id quod cōmittitur cum nō sua coniuge. Idq; constat ex adulterij definitione, quā tradunt Gelasius Pontifex. c. lex illa, ad fin. 36. q. 1. & D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 8. corpore, est alieni thori viola-

tio. In præsentia autē nil sit cū aliena cōiuge, nec alienus thorus violatur. Et cōfirmatur, quia adulterium est contra bonum fidei matrimonij: accessus autem ad suam extra vas legitimum non opponitur fidei matrimonij. Quod inde constat. Nā fides hæc, duo includit: alterum, vt cōiuges sibi mutuò debitum reddant: Alterum verò, ne alij commisceantur, vt docent. D. Th. 4. d. 31. q. 1. ar. 2. corp. vbi Palud. q. 1. ar. 3. n. 8. Sorus. q. vnica, art. 2. immediatē post. 3. cōcl. in solutione ad. 1. & omnes. At hic maritus non commisceatur scēmine non suæ: nec debitū ab vxore legitimo modo exactū negat: vt supponimus: quod si negaret, esset ex hac parte iniustitia, non tamen adulterium. Tertiò, quia vxor cōsentit accessui illi extra vas: ac proinde nulla erit iniustitia. Cū scienti, & volenti nō irrogetur iniuria, regula scienti. 27. de regulis iuris, in 6. Adulterium verò species quædam iniustitiæ est. Deinde esto circumstantia sit specialis, ac necessariò confitenda. Videtur satis esse explicare accessum contra naturam cū cōiugata in genere. Quia grauitas adulterij, si addit in tali accessu ad vxorem, iā explicatur, dū coniugatus fatetur se ad cōiugatam quandam accessisse: & si dicas, leuius, aut grauius esse cum propria vxore, hæc maior grauitas, aut leuitas non est talis, vt in aliam speciem adulterij trahat, nec

videtur ita notabiliter augēs, aut minuēs, vt sit necessariū deregenda. Quōd si dicas, fatendo adulterium cum coniugata in genere, explicari iniustitiam erga illius virum, qualis non est cum propria vxore assentienti. Huic obiectioni facillē occurram, si accessus ille cum propria vxore sit ipsa renitenti: vel explicetur cum coniugata in genere, viro illius consentienti. Si demum dicas, habere speciale circumstantiam cum vxore: quia speciali p̄cepto vir tenetur illam corrigere: quod non p̄stat. imō ad malum incitat. Satis hęc circumstantia explicaretur, si vir fateretur se ab vxore consensum petiisse.

3 His tamen non obstantibus, primō dico, grauius esse peccatum hoc abufus vxoris extra vas legitimū, abufu simili inter solutos. Sententia est expressa D. Augustini de bono coniugali. c. 1. r. tomo. 6. & de adulterio coniugis, & refertur. c. adulterij. 32. q. 7. Glossē. cap. quicquid. 32. q. 2. verb. ab adulterio, sine. Abulen. c. 5. Mat. q. 22. 5. Soti. 4. d. 3. 1. q. vnic. ar. 4. ad finem, vers. appendix autem. Petri de Ledef. de matrim. q. 49. ar. 6. dub. 2. post. 1. conel. & rationem reddam. n. sequenti, vbi probabo esse adulterium, cum tamen inter solutos sit simplex peccatum cōtra naturam. Nec obstat Naturam lib. 2. conel. in vtraq; editione, tit. 1. de iudicijs, conf. 1. nu. 1. allerere paulō minūs grauem esse congressum hunc cum vxore, quā cum alia. Nam si intelligat, quā cum alia coniugata: verum dicit, propter iniuriam quæ irrogatur illi viro: si vero intelligat de alia soluta, intelligendus est, vt secundū quid, sit leuior. Quia accessus ad solutam est culpa quoad modum, & substantiam rei: ad vxorem vero, solum quoad modum. At absolutē, & simpliciter est grauior. Quia cum vxore, vltra peccatum contra naturam, est duplici ex parte adulterium, nimirum, ex parte viri, & ex parte vxoris: cum soluta autem, est adulterium: ex parte solius viri.

4 Secundū dico, vltra peccatum contra naturam, esse adulterium tam ex parte viri, quā ex parte vxoris consentientis: ac subinde vtrūq; teneri confiteri circumstantiam vtramq; adulterij. Sic colligitur ex Soto, & Petro de Ledefima. n. p̄cedenti relatis, & dicunt enim accessum hunc esse cōtra matrimonij fidem. Et ratio est, quia neuter coniux seruat alteri suum corpus, castē, quod ad bonum fidei pertinet: non

enim est coniux ad illum actum, sed ad naturalem: vt reſte obseruat Caietan. 2. 2. q. 15. 4. artic. 1. in solutione ad. 4. §. ad singula autem obiecta: ac consequēter talis adus perinde est ac cum alieno coniuge gestus. Et cōfirmatur, quia hoc apertē voluit. D. Ambrosi. nu. 1. relatus, vocans adulterū, non solum alienam coniugem cognoscere carnaliter, sed quicquid potestatem cōiugij non habet. Quasi dicat, omne id ad quod potestas cōporum per matrimonij concessa, minimē se extendit, adulterium esse, talis autem est copula extra legitimū vas. cum proprio coniuge. Nec refert ne adulterium sit, consensus vtriusq; coniugis: sicut adultera efficit copula coniugati cū soluta, de cōsensu vxoris habita. Quia bono fidei ad quod per matrimonij alstringuntur coniuges, cedere nequeunt.

5 Vltimō dico, non satis esse fateri adulterium cum coniugata in genere, ac peccatum contra naturam, sed explicandū esse admissum fuisse cum proprio cōiuge. Du cor, quia si explicetur cum coniuge in genere, manifestatur iniustitia aduersus illius coniugem, cū tamen nulla talis sit: nec esset similis culpa, si cum propria cōiuge renitente: quia vltra adulterium, adesset tunc raptus species, quæ tamen subtrahitur. Nec satis sit dicendo, cum consensu viri alienæ vxoris cognita: quia oporteret etiam explicare consensum propriae, ne deregatur iniustitia falsō aduersus illā: Quōd si hic simul explicaretur, consistere retur vtriq; coniux plura peccata, quā reuera admiserit. Cū fateretur cooperationē consensu alieni viri, alienæq; vxoris, & propriae, cū tamen soli propriae vxoris peccato cooperatus sit.

6 Ad argumenta. n. 1. proposita respondeo. Ad primū dic concludere secundū quid esse grauius peccatū inter solutos, vt explicui. n. 3. fin. Ad secundū dic esse adulterij, opponiq; bono fidei, nā cū ille nō sit vsus cōiugis vt cōiugis, dicitur reuera thori illi? violatio, ac perinde ac accessus ad alienā feminam: vt explicui. nu. 4. Ad confirm. constat ex proxima solutione. Ad tertij dic esse iniustitiā aduersam bono fidei, ad quod per contractū matrimonij coniuges aftricti sunt: nec proprio cōsensu posse eos hoc iure cedere, vt explicui. numer. 4. fin. Ad argumenta. numer. 2. proposita, constat ex dijs, numer. 5. vbi probaui omnes illos fatendi modos esse insufficientes.

DISPUTATIO DECIMANONA.

An sit culpa lethalis, siue coniuges, siue soluti, à copula inchoata desistant ante vtriusq; seminationem, maxime si alter seminarie?

SUMMARIVM.

**R**efertur duplex opinio. n. 1. & 2. Quando sit licitum, & quando culpa, & qualis, si vir femina non seminante, nec seminandi periculum patiente, de eius cōsensu ante consummationem se retrahat à copula inchoata. n. 3. Quid, si iam femina seminarie, aut seminandi periculum habeat? nu. 4. Quid, si contra vir seminante, & femina nō seminante, sed se retrahat, nitaturq; non seminarie? nu. 5. An vbi sola femina seminante, possit vir se retrahere, si alicuius sit moris periculum imminere, si seminet, vel quia superuenit hostis, aut fera? nu. 6. & quid, si alij superueniant? quomodo esset periculum vi vir extra vas effunderet. An in coitu fornicario si femina iam seminarie, vel sit periculum seminationis, teneatur vir non desistere? nec seminarie? Vel post sit femina se retrahere, quando vir vult seminarie? & quid, si violenter cognita sit? n. 7. An fornicans qui semen aptum generationi nō effundit, vt contingit eunuchis, admittat duplex peccatum? nu. 8. Quid, si vir vxore discedente nō seminante? n. 9. Soluuntur argumenta. nu. 10.

**Q**uidā asserunt culpā esse lethalem, si vir à copula incepta ante feminis effusione desistat, cū effundere possit. Ductur, Quia impeditur generatio, ad quā copula suapte natura ordinatur, frustrare autē copulam coniugale iuo sine, obstat generationi, culpa lethalis est. Secundū probat Sylu. Quia tactus impudici inter cōiuges animo nō peruenienti ad copulā, sunt mortales, nedū claustra pudoris eo animo penetrare. Ita docēt Syl. verb. debitū. q. 7. ad dens omnino à ratione deuiare oppositā sententiā, Graf. p. 1. decil. lib. 2. c. 82. n. 16. Petrus à Ledef. de mati. q. 49. ar. 6. dub. 2. conel. 4. Enriq. lib. 11. de mati. c. 15. n. 4. Tēperant vtrūq; Syl. Graf. & idē Enriq. c. 16. n. 7. ad finem, nisi ante feminæ seminationem, vir se retrahat, non animo generationi obstandi, sed ex causa iusta, nō saluti nocet feminis effusio.

Alij verò in alio sunt extremo, docent enim etiā vbi vxor seminante, nō esse contra naturā, nec lethale crimē, virū autē feminis effusione recedere: nisi vxor iure cōiugij semen exigat: vel sit in illa periculum consentiendi pollutioni volūtarię. In priori enim casu esset mortale cōtra iustitiam: in posteriori verò, contra charitatē. Ductur primō, Quia sicut vir nō tenetur vitare in se pollutionem inuoluntariā, sed tādē eam non procurare: ita non obligatur ad inuoluntariam vxoris pollutionem, & dispendium feminis ipsius euitanda. Secūdo, quia si post coniunctionem, feminæque seminationem, aduerat vir sibi immingere lethalem morbū, si seminet, nō tenetur: at si esset contra naturā tunc nō seminare, teneretur vtriq; sicut ob nullum vitę dispendiū licet illi fornicari. Tertio, quia si esset cōtra naturam, teneretur fornicās vbi iam femina seminante, copulam consummare: cum hic occurrant duo mala, quorū alterum necessariū est eligendū: nēpe, si seminet, est fornicatio cōtraria bono proli, quæ malē educabitur: si autē nō seminet, est cōtra naturā, in totale feminici feminis dispendiū, & consequenter prole destruit, & hoc sit grauius. Nā ex duobus malis sic occurrētibus, minus eligendū est e duo mala, & c. nerui. 13. d. & latius expli cui lib. 2. disp. 42. n. 45. At absurdissimum dīctū videtur teneri illū fornicationē consummare. Non est ergo contra naturam vxore seminante virum minimē seminarie: ac proinde non erit mortale. Et confirmatur, quia aliās daretur perplexitas. Si enim seminet, est fornicatio: si non seminet, peccatum contra naturam. Quāto, quia femina seminante virum nō seminarie, in nullius iniuriam cedit. Non vxoris: ipsa enim consentit, vt supponimus, & si vxor minimē sit, nō habet ius ad fornicatis femine. Non proli, quia nō habet ius vt generetur hic, & nūc, nisi id ad naturā conseruationem necessarium esset, quod hic nō cōtingit, & si est fornicatio, iniuria irrogatur proli. Cui autē alij inferatur iniuria, nō constat. Non ergo est mortale. Quinto, quia non cōiungit id esse mortale, genera-

tionem tunc impediri, copulamque illam sine proprio frustrari. Nam sine proprio actum defraudari, est ad summum venialis oratio. Et confirmatur, quia actus libidinosus ordinatur intrinsicè ad generationem, & copulam, ac minime tenetur coniux illam consummare: etsi sint inter solutos, erit lethale consummare. Ita opinatus est quidam vir doctus.

3. Prima tamen conclusio fit. Si nondum vxor seminavit, nec seminandi in ipsa, nec in viro extra vas, periculum subsit, nec ipsa dissentiat, minime est lethale crimen, virum ante seminis proprii emissionem se retrahere. Conclusionem hanc aperte probat argumentum quartum, præcedenti adductum. In nullius enim iniuriam cedit. Deinde, quia vas illa femine abiq; seminatione penetratio, reputatur inflar. tamquam partium verendarum, qui inter coniuges cessante pollutionis periculo, minime lethales sunt, sed permisi. Accedit posse optimè coniuges communi consensu non vacare copulæ, ac generationi: curigitur eodem consensu non licebit illis à copula incepta desistere, vbi neutrius seminis dispendium sit? Atque ideò ita docent Palud. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. n. 15. D. Anton. 3. p. rit. 1. c. 20. §. 6. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 11. fin. Rosell. verb. debitum. n. 11. vbi Ang. n. 27. vbi Arm. n. 9. Tabiena verb. luxuriosus. q. 6. nu. 7. sine. Margarita confessorum. 6. præcepto, fol. 88. Verac. 3. p. speculi, ar. 15. concl. 5. Emmanuel Summa, verb. debitum coniugale, vers. inchoatam copulâ. Nec credo effici mortale, quauis nullus alius finis adesse, quam impediendi generationem. Quia eâ impedire semine emissio, manifesta culpa mortalis est contra naturam, quæ ad solam generationem semen desinat: at vbi seminis iactura non fit, nulla est ratio lethalis culpæ, non enim tenentur coniuges, proli generationi vacare, & sicut ad illam impedendam possunt communi placito à copula abstinere, ita ab incepta neutrius semine emissio resillire. Sic Margarita confessorum. d. fol. 88. & vbi intèrio esset non habendi plures filios, docet idè Palud. D. Ant. Rosell. Armil. Ang. Verac. proxime citati. Imò vbi causa iusta esset, v. g. ne seminatio noceat saluti: vel coniuges sint pauperes, & prole abundant, quâ non sunt alendo, & habent similem copulam abiq; seminationis periculo, quò concupiscentiam sedent, nullam inuenio cul-

pam. Idq; colligo ex Palud. Caiet. Rosell. D. Antonin. Angelo proximè allegatis, dicentibus virum cum vxore rem habentem non teneri seminare, nisi ipsa petenti. Quando autem iusta causa abesse, erit veniale, vt bene docet Verac. eadem conclus. 5. subditq;, & rectè, frequenter esse mortale ratione periculi effusionis seminis in alterutro coniuge, quod in eo actu communiter inuenitur, atq; ideò arcendo esse se coniuges à similibus actibus. Si tamen experti sunt id periculum non inueniri, dampnandi minime sunt.

4. Secunda conclusio. Si femina iam seminavit, vel ad id excitata sit, ita vt probabile periculum seminandi adit, lethalius delinquit maritus data opera à copula desistens ante proprii seminis emissionem. Quia est peccatum contra naturam, cū sit consummatus coitus ex parte femine, ex quo sequi nequit generatio, atq; adeò eius semen prodigitur, frustrato generationis fine, ad quam à natura delinatum est. Et confirmatur, quia naturalis concubitus, desiderat, non solum vas naturale, quod est instrumentum permanens generationis seruari, sed etiam instrumentum fluidum, quod est semen: quare fuerit est mortale generationi obistere omisso legitimo vase ad illam necessario, in concubitu coniugali: eodem modo erit, obistere omittendo legitimum seminis virilis cum femineo concursum ad generationem requisitum. Hæc est contra secundâ sententiâ relata. n. 2. At illam tenent Doctores primæ relati. n. 1. & vltra illos, Caietan. 2. 2. q. 154. ar. 1. circa solutionem ad. 4. §. ad. 2. vbi Palud. D. Anton. Rosella, Angelus, Tabiena, Armilla, Veracruz, Margarita confessorum, Emmanuel Sa. n. præcedenti allegati, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 7. Grassus 1. p. decisionum, lib. 2. c. 82. nu. 15. Secus esset, vbi vir seminis effusioni quantum est in se daret operam, nec posset. Tūc enim vacat culpa. Sic Caiet. ar. 11. dub. 5. Tabiena, & Grassus proximè citati.

5. Non crederem autem mortale, si è contra accidat, sed solum veniale, nempe, si viro seminante femina ante proprii seminis emissionem desistat à copula, vel data opera nitatur nō seminare. Quia cū eius semine ad generationem nō desideretur. Vt diximus hoc lib. disp. 17. nu. 9. cessat prorsus ratio cogens ad dampnandam de culpa lethali contra naturam, repressionem semi-

nis

nis in viro, femina seminanti. Atq; ita colligo ex Doctoresibus nū. præcedenti relatis, ea enim ratione probant in viro esse culpam mortalem, quòd impediatur finem generationis, ad quam eius semen exigitur. Et licet Tabiena, & Armilla videantur nobis aduersari: loquuntur enim indistinctè, si altero seminante alter coniux se retrahatur ratio, quam Tabiena subiicit, eò quòd generatio impeditur, suam mentem esse testatur, vt loquatur de viro, sicut ceteri loquuntur, cuius semen desideratur, sufficitq; proli concipiendæ. Idem probatur ex dictis ea disp. 17. nu. 9. vbi probauimus culpam lethalem non esse, virum post seminationem se retrahere, cū nondum femina seminaret: quòd femineum semen ad generationem non requiritur.

6. Nec tamen ita rigidè accipienda est conclusio, vt adeò sit contra naturam, femina seminante virum nō seminare, vt in nullo prorsus euentu liceat: sicut de volutaria pollutione, & de fornicatione tradit omnes: sed dicendum est ex grauissima, vrgentissimaq; causa posse honestari: qualis esset, si post semina seminationem aduerteret vir periculum graue vitæ sibi imminere, si seminet. Idem enim ante accessum aduertens, teneretur non coire, vbi tamè coiret, siue aduerteret, siue nō, potest quòd id periculum vitæ, resillire: simile esset, si fera, aut hostis superueniret, vel si aduersa resque naturali honestati: quia coniugibus inhonestè coeuntibus, subito adessent aliqui, non enim dampnandus esset vir, qui post semina seminationem, ante propriâ, ex his vrgentissimis causis recederet, quâuis ita venus in eo irritata esset, vt mēbro virili in vase femineo extra vas, fore animaduerteret, vt ipso inuito semen extra flueret. Quare differentia est inter fornicationem, pollutionemq; voluntariam, & hanc nō seminationem: Quòd illa sunt actus positivi, at postiuè cooperari dāno proli non licet gratia cuiuscunq; mali vitandi: hæc autem est actus negatiuus, & ad bono proli cooperandum nemo astringitur tanto vitæ, honestatisve detrimento. Insuper, quia natura nullam feminis administrationem homini concessit, vt extra legitimum matrimonij congressum, illud effundere posset, vt probauimus disp. 17. n. 16. cuius rationem ibi assignauimus: at vt illud non effunderet intra congressum illum, concessit viri; administrationem in casu vrgentissimo. Cum prorsus cesset

ratio ibi assignata. Nec obest periculum illud, ac moralis certitudo effusionis seminis extra vas: ad quod nulla est administratio. Quia id verum est, vbi effusio illa esset voluta, at in nostro casu præter voluntatem accidit, & dando operam rei licitæ, ad vitam, naturalemq; honestatem tuendam.

Hinc deducitur solutio illius questionis. Num in coitu fornicario postquâ femina seminavit, aut est in seminandi periculo inuitabili, liceat viro se retrahere ante seminationem? Id enim non licere, sed teneri seminare, videtur suadere argumentum. 3. propositum, num. 2. inter duo mala, minus eligendum. Deinde, quia si viro liceret tunc non seminare, simili ratione feminæ fas esset viro iâ seminanti corpus subtrahere, ne semen reciperet. Si enim eò ipso quòd in coitu pronocatur seminario viri, teneretur femina recipere: ita vir ex eo quòd femineum semen prolocarit, renebitur seminare. Nec obstat, si dicas masculum cognoscentem non suam violenter, delinquere fundendo semen, at ipsam nō teneri recipere, sed posse corpus subtrahere. Id enim verissimum est: sed ideò accidit, quia femina nullatenus cooperata est semini virilis effusioni: cuius contrarium euenit vbi volens fornicata est. Et ideò ita censent quidam viri docti: respondentq; ad argumenta opposita, quæ. n. 2. taçta sunt, in tertij argumenti confirmatione, & in 4. argumento: illud cedere in dampnum prolis, quæ ius habet vt generetur, vbi femina seminario adfuit, ne illius dispendiū fiat. Nec dari dicunt perplexitatem, quia postquam femina seminavit, teneretur vir seminare, vt maius malum vitæ, compleatq; actum, non animo libidinoso, & ita seminatio illa non est formaliter fornicaria, sed materialiter tantum: quare vt sic non est intrinsicè mala. Et hæc opinio est probabilis. At multò probabilis est, non solum non teneri virum tunc seminare, sed nouam seminando admittere culpam, eamq; in confessione detegendam, nisi in copula intelligeretur. Quia in actu licito nil illicitum efficitur, atq; ideò seminandum est: at in actu illicito sit aliquid malum intrinsicè, quod in nullo euentu honestari potest. Nec obstat ex duobus malis minus eligendum, Quia licet hæc non seminatio sit ex se contra naturam, & hac ratione peior fornicatione. At absolute, & simpliciter peior est fornicatio,

catio,

catio, cum sit ita intrinsece mala, vt nunquam liceat. Non seminato autem, no est ita contra naturam, & mala, quin ex causa vrgentissima liceat (vt probauit. nu. precedenti.) Qualis hic inuenitur, nepe, ne fornicarius concubitus in graue educationis prolis detrimentum consummetur. Nec culpa reus erit is fornicatus, si a femina recedens seminet inuoluntarie extra vas. Quia pollutio inuoluntaria ex iusta causa & necessaria orta, culpa prorsus vacat. Similiter culpa immunis est mulier fornicans, que penitentia criminis admisi ducta, corpus subtrahit, ne virile semen suscipiat, fornicationemq; ceptam consummet. Nec ipsi tribuetur culpa, si vir extra effundat. Quia id non intendit, datq; opere rei licite, ab incepto crimine resiliens.

Secundo deducitur, impotentem ad emittendum semine generationi aptum, vt sunt eunuchi, duplex mortale crimen fornicando admittit alterum fornicationis: alterum vero contra naturam. Quia inutiliter feminine semen in eius dependium prouocat.

Vltima conclusio. Si inuita vxore vir minime seminare, esset iniustitiam crimen. Quia lege matrimonij is concubitus est vxori debitus ex quo sequi potest generatio: cum ad id ordinetur matrimonium, qualis non est vbi vir a seminatione abstinet. Et confirmatur, quia primo & per se dominum vnus coniugis in corpus alterius, est in ipsum semen, vnio enim coniugatorum est per seminum commixtionem, per quam fiunt vna caro. Sic Caiet. 2.2. q. 154. ar. 1. in solutione ad. 4. §. ad. 2. vero casum. Et colligitur ex Palud. D. Anto. Ro-

cella, Angelo. nu. 3. allegatis, dicunt enim non teneri virum ex vxore coeuntem semen effundere, nisi ipsa petenti. Vnde inferitur hanc feminis negationem esse ex genere suo culpam lethalem, sicut & negationem debiti, in omnibus ijs casibus, in quibus negatio debiti culpa lethalis est: Si quidem reuera est debiti negatio. De quibus casibus late egi hoc lib. disp. 2. per totam. Quare sicut negare debitum vbi concedi nequit absq; graui salutis detrimento, nulla est culpa: ita nec femina non seminans, se retrahere virum ante seminationem, que valde saluti noceret, etiam dissentienti vxore.

Ad argumenta, nu. 1. proposita dic. Ad primum frustrare actum conjugalem consummatione suo fine, esse culpam mortalem, propter feminis dependium: vbi autem ex parte neutrius coniugis est consummatus, est sola venialis offensus, si causa iustitiam desideretur. Ad secundum negandum est illos taetus absq; pollutionis periculo esse mortales. Ad primum ex argumentis, nu. 2. propositis, dic verum esse de pollutione inuoluntaria omnino, nec excitata legitime ab ipso viro: illa, voluntaria est, a viroq; excitata per legitimum actum conjugalem. Ad secundum constat ex dictis nu. 6. Ad tertium & confirm. & quartum constat ex dictis. nu. 7. & ad de ius habere prolem, seu potius naturam, vt inchoato actu coniugali semine femineo, non impediatur generatio omisso virili semine ad eam necessario. Ad quintum & confirm. dic sicut responsum est hoc eodem numero, ad primum primam sententiam.

DISPUTATIO VIGESIMA.

Qualis culpa sit habito legitime conjugali actu, fetus conceptionem impedire, aut iam concepti abortum procurare, etiam vbi id ad matris vitam tuendam desideraretur.

SUMMARIVM.

**S**i tali modo coniuges coeant, vt subsequi nequeat generatio, est mortale: & nullus est talis modus, vbi vas legitimum seruatur nu. 1.

Semen, vel dans potionem, vel aliud efficiens, quo conceptio prolis impediatur, peccat mortaliter, quocumq; sine id faciat. nu. 2.

Femina post coitum mingens, vel se erigens, vel aliud efficiens, quo semen receptum expellat, qualiter peccat nu. 3.

Non tenetur anxie procurare semen retinere, nu. 4.

Quid, si ex modo congressus, aut femina complexione sit periculum abortus? nu. 5.

Quot difficultates disputanda sint? nu. 6.

Quando fetus est animatus, aut in dubio, non licet abortum ad vitam matris conseruationem necessarium procurare. nu. 7.

Quando constat non esse animatum, refertur sententia negans licere. nu. 8.

Refertur sententia auctoritatis. nu. 9.

Nam femina reputata honeste liceat quod faciam, viamq; teneatur, qua periculo sunt exposita probabilissimo, vel quia experta est periculum mortis sibi imminere quoties parit, conceptionem fetus impedire, aut ipsius nondum animati abortum procurare? nu. 10.

An peccet puella, que post coitum nubit ignorans, cum periculo vt vir existimet prolem esse suam, ne famam, vitamve amittat? nu. 11. & ibi remissus, quid quando vir eam esse virginem credebat? vel cohererat spofalia.

Soluuntur argumenta. nu. 12.

An vbi fetus est animatus, liceat medicinis vt cum periculo abortus? Refertur quedam sententia, nu. 13. & sententia auctoritatis, nu. 14.

An medicus, & obstetrix illas applicare possunt, & teneantur? nu. 15.

An ipsa pregnans teneatur eis vitare? nu. 16.

Quid, si spes sit fore vt fetus non pereat, siq; baptizari possit, an peccet medicus eas applicare? nu. 17.

Quid, si medicamenta equa sint ordinata ad salutem, & ad abortiendum? nu. 18.

Quid, si de vita matris, & fetus omnino desperatum sit, an liceat applicare medicinas, que saluiferas, ac noxias, & de quibus medici dubij sunt proderunt ne, an oberunt? nu. 19. & ibi, an teneatur medicus applicare?

**P**rimus duo oportet premittere fundamenta. Primum est. Quoties ad eod contrauenitur modo naturali concubitus, vt ex natura facti generatio subsequi nequeat, est peccatum lethale contra naturam. Quia frustratur semen sine ad quem natura ipsum destinauit. Ita Supplementum Gabriel. 4. d. 31. q. vnic. ar. 2. post. 4. concl. corol. 1. Petrus de Soto lib. 16. de matrim. §. fin. sequitur modus Nauar. c. consideret. in principio. n. 84. de de peenit. d. 7. Ledesma. 2. p. 4. q. 51. artic. 6. propositione. 6. Verac. 3. p. Speculi, art. 15. sine: dicit tamen, & bene, Nau. nullum esse talem modum, vbi vas legitimum seruatur. Quod idem diximus disp. 16. numero. 5.

Hinc inferitur, fecundam salutem, &

ei porrigentem potionem, vel quidvis aliud, quo prolis conceptioni oblitetur, mortalis culpa contra naturam reos esse. Ita vt nullo bono sine honestari possit. Quia data opera impeditur semen a suo naturali fine generationis, parumq; & solum secundum magis & minus distat a feminis effusione extra vas. Ita D. Tho. 4. d. 31. in fine, in expositione literę. Caiet. 2.2. q. 154. ar. 1. Circa solutionem ad. 4. §. ad singula autem obiecta. Tabiena matrimonium, 3. fine. Ang. verb. debitum. nu. 27. vbi Sylu. q. 7. Nauar. summa. c. 16. n. 33. Margarita confessorum. 6. precepto, fol. 88. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 49. ar. 6. dub. 2. concl. 6. Philiarus de offic. sacerdot. tomo. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. §. 5. peccat. Et constat ex cap. aliquando. 32. q. 2. Quod est ex D. Augustino.

Secundo inferitur, similem culpam mortalem contra naturam admittit, femina que statim post coitum urinam effundit, aut se erigit, aut que qua aliud facit, quo semen receptum expellat. Quia similiter frustrat ex intentione semen suo debito fin. Ita Sylu. & Margarita confessoria, nu. precedenti allegati. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. nu. 8. initio. Nec est audiendus Ang. verb. debitum. n. 27. dicens posse sustineri non esse mortale, quando ex iusta causa sit tribuitq; Syluester hanc sententiam Paludano, sed falso, eam enim non tenet.

Nec tamen tenetur femina anxie, diuq; manes in lecto intacta, & resupina susceptum semen conseruare. Quoniam rarissime fluxus feminis ex diuerso corporis situ contingit: eod vel maxime quod (vt diximus disp. 17. nu. 12.) recepto semine os matris foemine claudatur, ita vt nec a eius cuspidem capiat. Sic tenet Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 8. initio.

Secundo premitendum est, simile esse lethalem culpam, quoties ex ipso congressus modo, est periculum abortus, secus quando no ex modo inordinato, sed quod vxor sit infirma, ac delicate complexionis. Quia vir in priori casu abortui causam prebet, secus in posteriori. Ita Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 4.

Duplex autem est difficultas. Prior, Nulliceat procurare abortum fetus nondum animati, necessarium ad matris salutem. Posterior, num liceat matri medicinis vt ad salutem tuendam, cum fetus animati abortus periculo.

7 Prima difficultas. Num vbi aliud non suppetit restitutum ad ipsius pręgnantis salutem restaurandam, ac probabiliter sit moritura, nisi abortiatur, liceat potionibus, aliove remedio abortum procurare? Et quidem vbi factum iam animatum esse constiterit, vel id dubium sit, ita vt medicis, ac obstericis in neutram partem desistant, sed fluctent, constat apud omnes auctores tota hac disputatione referendos, id minime licere. Quia est intrinsicę malum innocētis necem procurare, illius ve periculo se exponere. Vnde meritō D. Ambrosius lib. de officijs, & refertur. c. deniq. 14. q. 5. ait, *Si alteri subueniri non potest, nisi alter ledatur, commodius est neutrum iurare.* Quare non sunt audiendi Marianus Socinus. c. si aliquis, de homicidio. Et Simon de Brixia clem. 1. eod. tit. quos refert Felinus. d. c. si aliquis, statim in principio, cogitandum; relinquat, nil definiens, vbi assentit absq; distinctione fas esse factum in vtero necare, quod matris vitę periclitati consulatur. Potestq; in eorum fauorem id probari. Nam factus dum est in vtero, pars est ventris. c. si quid, de consecr. d. 3. & l. 5. ff. de ventre in spiciendo. partem autem abscindere, vitęque priuare ob totius incolumitatem, culpa vacat. Sed die id verum esse de ea, quę proprię pars est, nec distincta anima informatur, quę ob bonum, & conseruationem solam ipsius totius procreata est. Quę in factu secus se habere constat.

8 Difficultas autem est, vbi probabiliter constat factum nondum animatum esse? Nauarra lib. 2. de restit. c. 3. difficultate. 2. de indirecte occidente, in noua editione nu. 132. negat licere tunc abortum procurare, atq; hanc esse omnium concordem sententiam. Dicitur primō, quia D. August. cuius dictum refertur. c. aliquando. 32. q. 2. meretricem appellat, prolem antequam viuat, interimentem, & c. si aliquis, de homicid. deciditur, vt homicidam teneri dantem aliquid mulieri, quo prolis conceptio, aut natiuitas impediatur, & Tertullianus in Apolog. c. 3. sic ait. *Nobis verō homicidū semper inter dicitur, etiam conceptum vtero. Nam adhuc sanguis in hominem delibatur, d. soluere non licet. Nec refert naturam quis eripiat animam, an nascens em distarber.* Secundo, quia multo magis a generatione distat semen, quā factus iam ex semine conceptus, licet nondum animatus, atq; tam illud, quā hic, suapte natura ad

perfectam hominis generationem ordinatur. Si ergo illud effundere, nec generationis natiuo sine frustretur, ita est intrinsicę malum, vt in nullo euentu liceat, a fortiori id asserendum erit de procurata factus expulsionē. Tertiō, quia aliās liceret factinam expertę periculum mortis grauisimum sibi ex partu imminere, proliem sumere, qua conceptionē impedit, abortiaturve ante animationem. Similiterq; liceret factinam nuptę, aut virgini fornicanti, idem efficere, quando nullo alio quæsito medio sibi cōsulere possent, ne crimine detecto, famę, vitęq; iactura facerent. Nec refert, si dicas in hoc euentu periculum ab extrinseco, & culpa patientis provenire. Tum, quia in priori casu ab intrinseco pronenit, & si ea factina ex viro concepisset, omnis culpę expertus fuit. Tum etiam, quia nil refert quod damno præsentaneo consulatur, siue ab intrinseco, siue ab extrinseco, culpate ne, an in culpate imminet. Sicut non minus mihi fas est amputare meum pedem, vt à morte incolumis euadam, quando culpa mea cōpedibus vinctus ab hoste teneor, vt interficiam, quā si morbo urgente cogar.

9 Cæterum deceptus est manifeste Nauarra dicens eam esse omnium concordē sententiam, cum contraria manifeste sit cōmunis, nullumq; inueniri dissentientē. Et ideo mihi probabilis est licere in eo casu procurare abortum. Quia cum illud verē non sit homicidium, & factus ille sit pars viscerum, nondum anima rationali informatus, non est cur conseruandus sit tanto vitę maternę discrimine imminenti, eō vel maxime, quod matre pereunte, factus minime animabitur. Atq; ideo factis aperte videntur sentire Ioānes de Neapoli quod lib. 10. D. Anton. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 2. Sylu. verb. medicus. q. 4. dist. 2. dicitur enim præbere medicinas quę sequatur abortus factus nondum animatus, ad peccatum matris occultandum, nefas esse factus autem ad præseruandam eam à mortis periculo, in quo est constituta ex puerperio. Idem videtur sentire Couar. clem. si furiosus, de homicid. 2. p. §. 3. n. 1. sine, concedit enim licere in hoc euentu dare causam abortui. Et tenent expressē, Arm. verb. abortus. n. 2. Nau. summa Latina, & claris hispana. c. 27. nu. 62. Corduba summa. q. 173. disto. 4. Margarita confessorum. §. præcepto, fol. 84. §. liberare alium. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 8. Grassi. 1. p. deci-

fionum,

fionum, lib. 2. c. 83. n. 24. Palacios. 4. d. 3. 1. disput. 2. fin. Emmanuel Sa summa, verb. homicidium, initio. Vega. 1. tomo summe. c. 7. casu. 3. fin.

10 Non tamen id admitterem licere, ad vitandum periculum vitę, quod ex partu factina sibi imminere experta est: vel famę, vitęve iacturam, quam probabiliter metu detecto crimine, si concipiat, factus ve in lucem prodeat. Vt probabat vltimū argumentum pro contraria sententia propositū. n. 8. Quia in his casibus factus non est aggressor; periculumq; non est presentaneum, sed distans, illiq; alijs quę hris coloribus, medijsque adhibitis occurrit positum in nostro autē, factus inuadit, & quasi aggreditur, causaq; est materni obitus, periculum quoq; est presentaneum, ac iudicio medicorum alia via euitari nequit. Atque ita optime Nauar. sum. c. 16. nu. 33. dicit nullo bono sine honestari posse suspensionem potitionis, qua prolis conceptioni obstat.

11 Admitto autē licere puellę statim post stuprum, antequam certa sit se non concepisse, vel vbi concepit, te q; eo vitio nūdere, si probabiliter crederet aliās fore vt conceptione sequi immineret sibi mortis à cognatis inferenda periculum: vel si sponsalia de futuro contraxisset, à quibus sine scandali, aut infamie periculo resiliere non posset. Hęc enim iactura præponderat mariti damno, si prolem illam, suam esse existimet. Eo tamen cessante periculo, manifesta est culpa peccati. Non quod vltimū virginitatis amisse celebrat enim ratione quando sit peccati, disto lib. 6. disp. 27. à num. 7. sed quia exponitur periculo supponendi viro alienam prolem: præsertim cum nata in viri domo, eius præsumatur. l. filium. c. ff. de his qui sub, vel alieni iuris sunt.

12 Ad argumenta contraria. n. 8. proposita respondetur. Ad primū dicitur ea omnia testimonio esse accipiendā vbi non est periculum vitę in matre, nisi abortus procuretur, sed ad peccatum referendum, vel ex libidine procuratur. Quod manifestant eę verba. c. si aliquis, de homicid. *si aliquis causa explenda libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci suboles, vt homicidam tenetur.* Ad secundum constat ex ijs quę diximus disp. 17. nu. 16. vbi eo argumento, & alijs restitutum totalem rationem intrinsecę

malitię, & vt in nullo casu liceat feminis effusio, esse damni generationis: sed quia natura omninodam administrationē dene gavit propter periculum imminens ob nimiam delectationem, que in eius effusione sentitur. Quę ratio locum nō habet in abortu. Ad tertium constat ex distis, numero. 10.

13 Secunda difficultas est. Num quando probabiliter creditur factum esse animatum, liceat prægnanti medicis vti, & modo eas illi applicare, cum abortus periculo, quoties mater periclitatur, & eę ad salutem necessitate sunt? Communiter referuntur pro negatiua sententia, Ioannes de Neapoli, D. Anton. Sylu. Arm. Nauar. Cōturb. quos retuli. n. 9. sed ni fallor, nō sunt eius sententię, loquuntur enim quando abortus ipse procuratur medicinis ad id relatis, vt eo. nu. 9. aduertit. Quod constat esse peccatum lethale, vt nu. 7. aduertit. At præsens quęstio est, quando medicina ad salutem matris tendant, ac per accidens, & præter intentionem sequatur abortus. Aliqui vt refert Corduba lib. 1. questionarij. q. 38. dubio. 3. opinantur nefas esse, medicis, aut obstericis eas applicare: licere autē ipsi prægnanti eis vti. Quō ducantur fundamento, me profus lateat.

14 Quare distinguendū esse existimo. Sit enim medicina quędam directē ad factus occisionem tendentes, vt venenosa, dilaceratio, percussio: alię autem per se, & indirectē ad morbos, paruosq; humores expellendos, pristinaq; salutem restituendam ordinatę. Vt venarum ruptio, vnteris purgationi pharmaca deseruetia, balnea: Prorsus ergo generis medicinas sumere, nefas capitale est. Quia ob operantur directē innocenti neci, quod intrinsecę malum est. Posterioris autem medicinis vti, licitum est prægnanti, etiam cum probabilis abortus periculo, vbi omninodam eius salutem desiderantur. Primō, quia actiones humane speciem, bonitatem, multatq; ex eo quod per se est in operantis intentione, hō autem ex effectu per accidens, ac præter intentionem subsequuto accipiunt, esse D. Tho. 2. 2. q. 6. art. 7. corpore. Id enim quod principaliter intenditur, atque denudum est, ac principalis intentio vltis huiusmodi medicamentorum, eorumq; in istitutio, & natua proprietates eę tendit, vt ad pristinam mater salutem restituar, factus autem mors, & abortus, per accidens, ac præter intentionem accidit. Licet

ergo est eorum vsus. Secundò, quia pollutio tam intrinsecè mala est, ac fetus animati peremptio, illam tamen quàm nunquam procurare liceat, fas est permittere, dando operam rei licite, & necessariz, ex qua per accidens, & præter intentionem sequitur: ergo similiter in eodè casu licebit & hanc permittere. Tertio, quia per accidens, ac præter intentionem occidere innocentes, nulla est culpa. Vt quando in bello iusto bellicis tormentis, aut igne admoto expugnatur, comburitur ve ciuitas, in qua multos innocentes, vt infantes, esse constat, pariterq; cum nocentibus pe esse: quod licitum esse, & experientia restatur, & tradunt vniuersi in tractatu de bello: at in præsentì bellù iustù aduersus lethales humores adhibitis medicamentis salutiferis geritur. Non ergo obstabit quo minus id licitum sit, abortus fetus per accidens sequutus. Quarto, quia potius ius habet mater ad medicamentum salutiferum, cum fetus morte, quàm fetus cum morte matris, cum hic à matre, non è contra pendat. Et confirmatur, quia matre vi morbi perempta, fetum in lucem edere rarissimum est. Quintò, quia inuadente fera, matrem fugientem cum abortus periculo, damnabit nemo. Tandem, quia si proles iam nata materno lacte extreme indigeret, matrem ad vitam tuendam opus esset vbera exsiccare, posset utiq; non obstanti fetus morte per accidens euctura, id efficere, magis enim suæ, quàm fetus salutem consulere potest. Ideò hanc sententiam tuentur Corduba summa. q. 173. dicto. 1. & 2. & in questionario, lib. 1. q. 38. dubio. 3. Nauarra lib. 2. de resiliut. c. 3. difficultate. 2. de indiretè occidenti, in noua editione, num. 33. & 133. Manuel. 1. tomo summa. cap. 5. num. 1. cõclusi. Ludouic. Lopez. 1. p. instructori. c. 63. 5. huic sit appendix, & sequenti. Vega. 1. tomo summa. cap. 5. casu. 3. & licere vti his medicamentis per se tendentibus ad salutem cum dicto abortus periculo, docent etiam Bafes. 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 11. concl. 2. vers. confirmatur primò. Henriquez lib. 11. de matrimo. cap. 16. nu. 8. sine. Rutilius Benzonius itaq; de fuga, lib. 3. q. 3. dubio. 2. §. 2. licitè est. Emanuel Sa summa, verb. homicidium, in principio. Aragon. 2. 2. q. 64. ar. 7. fol. 385. §. ad 1. quamuis.

Hinc sit minus bene, & absq; fundamentò concedi licere prægnati his medicamè

ris vti, non autè medico, aut obstetrici ea applicare. Si enim illorum vsus est licitus prægnati, cur medico cuius est ergo salutiferas medicinas applicare, id interdicitum erit. Atq; ita in casu in quo prægnati licet, fas etiã esse medico applicare, docent Ioannes de Neapoli, D. Anton. Syl. Arm. Nau. Palacios. nu. 9. allegati. Corduba, Ludou. Lopez, Manuel, Aragon, Vega quos n. præcedenti retuli. Imò existimo etiam Corduba lib. 1. question. q. 38. dubio. 3. teneri aliquando medicò, & obstetricem ea medicamenta applicare, tunc autem id credo euenire, quando prorsus ad salutem foeminae, cui medentur, desiderantur. Quia ex officio eis incumbit, illi consulere.

At foemina ipsa, cum iure suo ob proli bonù cedere possit, licetè valet ab eis medicamentis abstinere, quòd abortum vitet, bonoq; proli consulat. Si enim iuxta receptissimam sententiã, potens vitam tueri interfecto reo aggregiẽte, ad id nõ obligatur, sed potest vitã propriã postponere, à fortiori id licebit matri, quò fetus innocẽtis vitã tuetur. Atque ita sentit Corduba lib. 1. question. q. 38. in fine.

In vnico autem casu peccarent, lethali-ter contra charitatẽ, & prægnans ea medicamẽta assumens, & medicus, ac obstetrix ea applicantes, nimirũ, vbi spes probabilissima à peritis medicis acciperetur, fore vt matre ab ijs medicamẽtis abstinere, cũ vitæ tamè propriæ periculo, fetus in lucem prodiret, vt baptizari possit: ea autè assumẽte, periret fetus baptisate minimè recepto. Quia ordo charitatis quẽcumq; astringit ad præferendã vitã spirituale proximè extreme indigentis, qualis est infans non baptizatus, propriè corporeo. Quare rectè docuit Armil. verb. defensio. n. 3. clericum baptisã puero conferentem, inuolum ab hoste, effugere non posse gratia vi suã tuendam; si puer absq; baptisate obitus sit. Ita Nauarra lib. 2. de resili. c. 3. difficultate. 2. de indiretè occidenti, in noua editione. nu. 134. Existimo tamen casum hunc rarissimũ esse, ac moraliter imposibilem. Matris enim morbo laborantis lethali, corrupti humores, alimentum quo puer nutriendus est, ita inhiunt, vt pene miraculum sit matre pereunte fetum incolumem euadere.

Ceterũ quauis concesserim licere vti medicamentis ex se salutiferis cum fetus periculo: at vbi quẽ ordinatur ad matris salutem, ac ad fetus nocendũ, eiusq;

abortum: Corduba summa. q. 173. dicto. 2. Ludou. Lopez. 1. p. instructori. cap. 63. §. sed in casu dubio. Manuel. 1. tomo summa. c. 5. concl. 3. n. 3. Vega. 1. tomo summa. c. 5. casu. 3. negant licitum esse prægnati eis vti ad vitam propriam tuendam necessarijs, medicoq; ea applicare. Sed cui innescitur fundamento nec ipsi explicant, nec ego assequi possum. Atq; idè credo licere. Quia potius ius habet mater ad vitam propriam, quàm fetus ipse (vt probauit. n. 14.) & fatetur ipse Corduba. cur ergo vbi medicina quẽ tendit ad matris salutem, ac ad abortus necem, præferenda est fetus incolumitas vitæ matris, vt propter illam cum huius dispendio applicanda non sit? Idq; magis cõfirmatur, ex eo quòd matre obeunte pene miraculosa erit fetus euasio, vt nu. præcedenti dicebam: at fieri potest vtriusq; vitam saluari eo medicamento sumpto. Adde principale intentũ, quòd (vt. n. 14. dicebam) attendendũ est ad malitiam actus, bonitatem ve discutendam, non esse fetus abortum, sed matris vitam: Quòd si medicamentum suapte natura quẽ tendat ad vtrumq;, præponderat materna vita vna cum principali agentis intentione, quæ tantũ abest vt abortum amet, vt potius ab illo abhorreat, solũmq; ad salutem maternam consulendum dirigitur.

Tandem vbi medicamentum prorsus anceps est, num auxilium, an mortem potius sit illaturum, quamuis regulariter sit nefas capitale medium illud experiri: vt rectè docet Syll. verb. medicus. q. 4. At vbi salus infirmi omnino desperata est, & in nostro casu matris, ac fetus, perituriq; sunt, ac nullum aliud appareat auxilium: Corduba summa. q. 173. dicto. 3. Ludou. Lopez. 1. p. instructo. c. 63. §. sed quid si medicina. Manuel. 1. tomo summa. c. 5. cõcl. 2. n. 2. Vega. 1. tomo summa. cap. 5. casu. 3. negant licere illud applicare: at malè referunt pro se Sylluestrum, qui in hoc casu minimè loquitur: sed in eo quem proximè explicauit: dicuntq; hanc opinionem esse communem, at oppositam esse valde probabilem. Ego autem omninò sum in

opposita sententia: & credo licere id medicamentum applicare. Ducor, quia necèdi periculum, modicum est, cum enim eo minimè applicato nulla vitæ spes superfit, ad summum id damni inferet, vt mors aliquid quantum anticipetur: proficiendũ autè expectatio, si res feliciter contigerit, magna est, condonabitur enim vita omnino illius spe destituta. Et confirmatur, quis enim negabit, licere vbi mors certa imminet, fera inuadente, sese aliquem è loco altiori præcipitare, cum dubio mortis periculo? In priori enim casu, mors certa est, in posteriori autem, dubia, fieriq; potest vt solo crure effraçto, aliove vulnere inflicto, incolumis euadat. Adde inter duo mala quorum alterum necessarìo eligendum est, minus præferendum esse, c. duo mala, & c. nerui. 13. d. at minus multò malum est dubia mors aliquid spei salutis habens, cum solo periculo aliquis anticipatio, quàm omnino certa. Et ita hanc sententiam tuetur Adrianus. 4. q. de corre & fraterna, ar. 3. §. ex quo ad secundum partem, licet aliquantulum dubius: dicit enim fortè licere. Eandem tenet Almain. vt referunt tacito loco Doctores contrarij. Imò Credo in hoc euentu teneri medicum ea adhibere medicamenta. Tum, quia tenetur minus malum ægroti eligere, vt proximè probabam tum etiam, quia ex officio ei incumbit ea media ad salutem infirmi instaurandam, apponere, quæ prudentia periti medici dicitur, legesq; artis medicandi præsentunt: at in similibus euentibus docent fatius esse, anceps auxilium experiri, quàm spe prorsus destitutum sinere infirmũ perire. Vt rectè docet Cornelius Celsus de re medica, lib. 2. cap. 10. ad medium, his verbis. Si nullum aliud appareat auxilium, periturusq; sit qui laborat, nisi temeraria via fuerit adiutus, in hoc casu boni medici est ostendere, quàm nulla alia spes sit, fatetiq; quantus in hac re metus sit. Et tunc demum si exigetur, applicare. De quo dubitari in eiusmodi re non oportet. Satiùs est enim anceps auxilium experiri, quàm nullum. Tenetur ergo medicus ad id.



## DISPUT. VIGESIMA PRIMA.

Virum a stus coniugalis vitietur ratione damni proli imminetis, vt si tempore menstrui foeminei debitum petatur, reddatur ve?

## SUMMARIUM.

**Q**uando menstruum est innaturale, licet petere. & redlere, & quot quaestiones disputanda sunt. n. 1.

Quando est naturale, referuntur variae sententiae circa debiti petitionem, a num. 2. vsque ad 6. Et sententia auctoris, nu. 7.

Quid, si coniuges credant fore vt menstruum generentur? nu. 8.

Quid, si vir fluxum feminis patiatur? nu. 9.

Soluantur argumenta. n. 10.

Circa debiti redditionem, referuntur quinque sententiae a nu. 11. vsque ad 15. Et sententia auctoris, n. 16.

Quid, si creditur menstruum gignendum esse? nu. 17.

Soluantur argumenta, nu. 18.

**A**D circumstantiam damni proli concipiendae, aut iam conceptae, quam petrastrandam aggredimur, pertinet disputare, num tempore menstrui, impraegnationis, proximo post partum ante purificationem, ante foetus abactionem: furoris, alterius, vel vtriusque coniugis, licitus sit, ac debitus coniugalis vsus. In praesenti disputatione, de menstrui tempore, in sequentibus autem, de reliquis agendum est. Et quidem quaestionem hanc opinionum varietas difficilem reddit, vix enim reperies doctorem cum alio conuenientem in omnibus. Curabo autem quae breuitate, & claritate potero ad certum numerum opinionum variis reducere. Atque vt clarius procedam, prius de petitione debiti, deinde de eiusdem redditione disputabo. Praemittendum autem est, vniuersos auctores conuenire cum D. Tho. 4. d. 32. q. vnica. ar. 2. quaestione 2. corpore, vbi fluxus menstrui foeminei praeter naturam fuerit, nimirum, vbi praeter communem foeminarum consuetudinem, quae continud ex morbo aliquo acciderit, tunc licitum esse coniugalem vsum, nec ea de causa debiti negari iuste posse. Quia tunc nullum proli damnum imminet, foemina enim eo morbo oppressa inepta est conceptioni. Adde cum is morbus diuturnus sit, & saepe perpetuus, durissimū esse, con-

iuges ad diuturnam, perpetuamque abstinentiam ab actu coniugali stringere.

Difficultas autem est, vbi menstruum est naturale, quod quibusdam tertio quoque mense foeminis accidit, communiter autem singulis mensibus, & aliquibus frequentius, sicut alijs nunquam, vt auctor est Plinius lib. 7. naturalis historiae. c. 15. & quidem circa debiti petitionem quinque sententias inuenio. Prima sententia ait culpam esse lethalem, eo tempore debitum petere. Ducitur primo, quia Leviticus. 20. mortis poena indicitur coniugibus eo tempore coeuntibus. Quod si dicas carimoniale fuisse, ac proinde extindum in lege noua: fatebor id, prout impositum est id praecipuum gratia corporalis immunditiae vitandae: ac morale fuit, obligatque nunc quoque ratione ad vitandum proli damnum, editum est. Quod aperte probat illud Ezechielis. 18. *Qui autem menstruat non accesserit, & vxorem proximi sui non violauerit.* Vbi inter praecipua iuris naturae computatur, & similiter is accessus, ac adulterium prohibetur. Atque ita fatetur D. Hieronymus ibi, dicens rationem prohibitionis esse, quod eo tempore, cum sanguis foemineus ex quo foetus concipitur, infestus sit, hic virium feminis trahat, ita vt leprosus, & elephanticus ex hac conceptione nascatur: & subdit haec, *Praecipitur ergo viris, vt in suis quoque vxoribus certa concubitus norint tempora. Caveat ergo & vxor, ne forte vitia desideria coeundi, illicita virum: & maritus, ne vim faciat vxori, putans omni tempore subiectam sibi esse debere coniugii voluptatem.* Atque id esse praecipuum morale nunc obligans, fatetur etiam D. Aug. lib. 3. de peccatorum meritis, cap. 12. tomo. 7. & lib. 3. quaestio in Leviticum. c. 64. tomo. 4. vbi sic concludit, *Qua in re non natura dicitur naturae, sed concipiendae proli noxium prohibetur.* Et D. Clemens Episcopus ad Iulianum, & Iulianum, aliosque discipulos, vbi sic ait, *Obseruet vnusquisque, ne menstruae mulieris misceatur, hoc enim & exacerbat dicit lex domini.* Idemmet lib. 9. recognitionum, id valde dissuadet. & D. Gregor. responsione. 10. ad Augustinum, & refertur. c. final.

d. 5. ibi. *Et cum in consuetis mensuris detinetur, vix is suis vxores misere prohibetur, vbi glossa. verb. ablaeterur, & Archidia ad finem, super Glossam. & Albericus. l. quae bis. ff. de edilio edicto, dicunt id prohiberi ob proli damnum, quae varijs morbis affecta solet tunc concipi, & demum id praecipuum esse morale, nec castatum, fatetur etiam D. Tho. n. praecedenti allegatus. Et qui plurima in huius concubitus destinationem, videre desiderat, consulat Tiraquellum. l. 15. connubiali. u. 128. & sequentibus. Et confirmatur, quia cum principalis finis quem matrimonij institutio spectat, bonum proli sit, quicunque matrimonij vsus illud impediens, est illicitus, qualis est tempore menstrui. Secundo, quia idem fornicatio est intrinseca, ac lethaliter mala, quod sit in damnum educationis proli: ergo a fortiori concubitus tempore menstrui eadem malitia afficietur, qui damnum proli in se ipsa infert, cum esse proli bonae educationi praeponderet. Tertio, quia nefas esset, cum notabili damno proprio debitum exigere, vbi morbus ille temporalis est: ergo & cum notabili proli iactura: proximum enim sicut nosmetipsos, & maxime filios diligere, lex Diuina praescribit. Et confirmatur, Quamuis enim vniciuique liceat iure suo vti, licet inde alteri damnum sequatur, dum modo id praeter intentionem accidat, vt probat. l. 2. ff. de aqua pluuiaria arcenda, vbi Iurifconsultus decidit auertentem flumen ne suo praedio noceat, nullius delicti reum esse, quamuis inde vicinus praeter eius intentionem damnum sentiat: vt tunc enim iure suo ac proinde videatur id dicendum de viro, qui vtriusque iure suo, accedendo ad vxorem tempore menstrui, licet eo non intendente, detrimentum proli sequatur. At re oculatis inspecta, est longe diuersa ratio, quia in casu illius legis, diuersa proli sunt iura, nec vnū alteri subordinatur, ac in nostro, ius accessus ad vxorem, bono proli subordinatur, illudque praeter omnibus spectare debet. Et adhuc ex proli illius legis retento, quis non diceret contra charitatem proximi, licet non aduersus iustitiam, eum delinquere, si paulisper expectans, posset, & iure suo vti, & graue proximi detrimentum vitare? ac cum menstrui fluxus naturaliter accidens, paucis diebus duret, delinquet vtiq; coniugis tunc vitare iure suo cum proli detrimentum, quod breui tempore expectato cauere posset. Atque idem hanc sententiam sustinent ex*

Theologis, Alensis. 2. p. q. 166. membr. 2. in solutione ad 5. ex argumentis, quae posteriori loco proponit. D. Bonau. 4. d. 32. in expositione litera. n. 7. & ar. 3. q. 1. Scotus ea. d. q. vnica. & ibi Thomas de Argenti na. q. vnica, art. 1. Petrus de Tarantasia art. 3. q. 3. Almain. q. vnica, ad finem. Guillelmus Vorrillong. q. vnica, ar. 2. post. 1. concludit. e. ff. 5. Nicolaus de Orbellis. q. vni. 5. 5. Palacios disp. 1. fol. 707. Petrus de Soto lib. de instit. sacerdot. lectio. 10. de differentijs peccatorum. §. quia tamen in multis, in fin. Idem lect. 16. de matrim. §. sunt etiam praeter haec, quamuis in hoc posteriori loco non omnino id definit, ac multo magis in id propendet Hugo in. c. 15. Leuitici, ad finem, super illud, *Mulier quae redeunte. Nider summa, praecipit. 6. c. 4. ad fin. vers. octauo cum quis accedit.* Alexan. in suo Enchiridion. 2. p. praecipit. 6. vbi de coniugali debito. §. si scienter. Angles florib. 1. p. de mat. q. 6. de soluendo debito, ar. 1. diffic. 2. Cañedo summa sacramentorum, de matrim. c. 8. n. 74. in commento. Et ex Iurisperitis, Anton. rubrica de Spō salibus, nu. 14. & ibi Alex. de Neuo. n. 21. Dominicus. c. final. d. 5. ad finem, vers. alia est opinio. Rainerus. 2. par. summa, tit. de matrimonio. c. 13. Ioannes de Fribur. summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 46. Monaldus summa, tractatu de matrimo. tit. de effectibus matrimonij, vers. item est alius effectus. Rosella, verb. debitum. nu. 10. vbi Aug. n. 32. Tabiena matrimonium. 3. q. 6. nu. 7. & haec opinio est valde probabilis. Temperatur tamen haec sententia, vt intelligatur, nisi adit incontinentia periculum in alterutro coniuge, cui aliunde efficacius consuli nequit, tunc enim ait Alensis, minui culpae quantitatem, & Ang. non esse mortale. Sed melius Palacios nec venialem culpam agnoscit. Secundo si probabiliter sequi nequeat generatio, ratione fœtus, aut sterilitatis, tunc non est mortale, sic Ang. & Tabiena addens esse veniale. Tertio hinc Palacios infert, esse mortale, si accessus habeatur, quando menstrua purgatio ducit sua exordia, aut non longe distat ab illis. Quia tunc imminet praedicti sobolis periculum: & ergo tunc sit copia mali humotis menstrui. Dubitat autem, nisi sit mortale, quando longe distat ab illis, vt si purgatio mora traxerit vsq; ad septimum diem, & peccat quinto. Quonia dimittit illi venenofo illo fluxu, non tamen euides est sobolis periculum. Quarto limitat idem Palacios. d. disp. 1.

fol. 710. nisi experta sit mulier ex eo coito minime concipi prolem infectam: tunc enim dicit vacare culpa coitum. Demum temperat Ang. si coniux debitum exigens aduertat prædictum periculum, excusabitur enim, si non aduertat, & petat causam proli, aut vitandam incontinentiam, secus si causa voluptatis captanda, pendebit enim ex futuro euentu sit culpa mortalis, nec ne. Nam prole postmodum genita leprosa, & morbo infecta, culpa lethalis erit, secus autem, venialis. Sed hoc nescio qualiter sustineri valeat. Quia qualitas culpæ ex causa data confurgens, ex meritis causæ, quæ voluta fuit, & non ex futuro euentu omnino iam inuoluntario pendet.

3 Secunda sententia ait culpam esse petere: propter rationes, nu. præcedenti adductas: Qualis autem culpa sit, venialisne, an mortalis, subiect. D. Th. 4. d. 32. q. vni. ar. 2. quaestiu. 2. corpore. vbi Ricard. ar. 4. q. 1. Supplementum Gabriel. q. vni. ar. 2. post. n. concl. vers. videtur ergo probabiliter dicendum. Carthus. q. 1. & in c. 15. Leuitici, post medium. q. 1. Mayron. 4. d. 35. q. vni. Celai. 4. d. 32. q. 1. argum. 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 55. ar. 1. fin. Metin. lib. 1. sum. mæ. c. 16. §. 13. fol. 232. vers. lo. tercero. Et ex Sari. gl. c. hñ. verb. abla. ceter. d. 4. A. l. s. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 5. Henric. c. inquis. n. 10. de senten. ex com. Turrec. c. si causa, in fin. 33. q. 4. Temperat Supplementum, vt intelligatur, si vir sciat æque, vel magis probabiliter imminere proli periculum, & non timeat sibi de incontinentia, & similiter glossa limitat, nisi sit incontinentiæ periculum. Secundò temperat Celai, nisi certa sit sterilitas vxoris.

4 Tertia sententia sic distinguit, vir minimeus est culpæ mortalis, si tunc petat, quò incontinentiæ periculum vitet, quod aliter facile cauere nequit. Quia potius proxiæ spirituali salutis, quam corporali proli concipiendæ consulere debet. Mulier autem semper lethaliter delinquit, si tunc exigit. Quoniam tempore menstrui non ita carnis illecebris vrgetur, quin facillè resistere valeat. Ita Syluest. verb. debitum, quaestio. 6. Bartholomæus à Ledesma dubio. 12. de penitentia, in interrogatoriis circa 6. præceptum.

5 Quarta sententia docet solam culpam venialem esse, tunc exigere debitum. Et nõ esse mortalem, probatur. Quia totale fundamentum afferentium esse peccatum mortale, vt vidimus. nu. 2.) est proli damnium

inde confurgens, id autem minime probat culpam mortalem: tum, quia est incertissimum, non enim certum est fore vt tunc vxor concipiat, imò oppositum est certius, fluxus enim menstrui valde obstat refectioni feminis in matrice, vbi conceptio factenda est. Quare teste Arist. lib. 1. de generat. animalium. c. 19. rara est eo tempore conceptio: tum etiam, quia cù proli melius sit esse cum tali morbo, quàm non esse, & si tunc coitus non haberetur, forsitan postea nõ generaretur, aut non esset eadem: quia cù non entibus nulla est vnitas: conquiri nequit de damno sibi illato, imò maximo afficitur beneficio: Quare id damnũ nõ tati faciendum est, vt culpam lethalem constituat. Esse autem culpam venialem, probatur. Quia est quedam turpitudò, & inhonestitas, cù tunc vacet feminea natura cõsuetæ purgationi, immundaq; sit mulier, & aliqua incepta cõmoda feminis retentionis, ac receptionis, atq; ita minus conueniens generationis fini. Adde aliquam esse incontinentiam, & debitiq; ordinis peruerisionem, non expe. tate tempus generacioni apertius, maxime cù breui affuturum sit. Et idcõ hanc sententiam tenent Palud. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. n. 12. & d. 32. q. 1. ar. 3. n. 13. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 5. fin. Abul. cap. 5. Matt. q. 245. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 1. circa solutionem ad 4. vers. ad 3. dicitur, & sum. verb. matr. c. vltim. vers. 3. capit. Armil. verb. matr. nu. 68. Victor. sum. de matr. mon. n. 276. Sotus. 4. d. 32. q. vni. ar. 2. ad 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 66. ar. 1. fol. 155. §. sed an isti coniuges. Veracruz. 3. p. specul. ar. 17. concl. 4. Gaeta repetit. cad. limino. 30. q. 4. §. 4. n. 176. Enriq. lib. 11. de matr. c. 15. n. 7. Bartho. à Ledes. dub. 71. de matr. §. de tempore autem menstruorum. Petrus de Ledes. de matr. q. 64. ar. 1. dub. 3. Graf. p. 1. decis. lib. 2. c. 82. n. 19. Ludou. Lop. p. 1. instr. Romj. c. 84. §. penul. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 17. Vega. 1. tom. sum. c. 78. casu. 3. & videtur sentire Arm. verb. debitum coniugale. n. 7. & ibi Emmanuel Sa. vers. tempore menstrui, vbi aiunt non esse mortale, petere debitum, vbi aiunt non esse mortale, petere debitum, licet subtericeant, sit veniale, nec ne. Temperant hanc sententia Gaeta, & Manuel, nisi incontinentiæ periculum sit, tunc enim ab omni culpa excusant debiti petitionem: quamuis Ludou. Lopez adhuc in hoc euentu dicat esse veniale. Secundò Ledesma. ait, si constaret omnino feminam esse sterilem, aut grauidam quatuor iam menses, quando

iam

iam concipere nequit, esse probabile vacare culpam probabilius esse, adhuc inueniri culpam venialem. Quia satis est vt in plurimè ex eo concubitu damnũ sequi possit. Sicut fornicatio ob proli dānum semper est interdicta, licet in aliquo particulari euentu proles sequi nequeat, aut eius educationi sufficienter consulatur.

6 Vltima sententia docet consilium esse, tempore menstrui à debiti petitione abstinere, ac proinde nullam esse culpam, tunc petere. Quia raro damnium sequitur proli, & melius est ipsi sic esse, quàm omnino non esse, vt dicebam. n. præcedenti: cõiugesq; iure suo vtuntur, ac per accidens, & præter intentionem proli sequitur damnũ. Sic Gloss. c. si causa, verb. cõceptus. 33. q. 4. Castro de lege pœnali, lib. 1. c. vltim. §. alta est in Leuitico: quamuis enim in principio tantum dicitur nõ esse mortale exigere: paulò inferius dicitur non esse culpam, & tunc posse exigatq; rationes quibus innitur, id ita probant. Idem docent alij eum hoc temperamento: nempe, si coniux bono fine ducatur ad debitum exigendũ, vt gratia vitandi in se, vel in altero fornicationem, vel ne sit illi odio. Sic Nauar. summa cap. 16. nu. 32. Mitienso lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica glossa. l. n. 111. Vivaldus candelabro sacram. 1. p. de matr. n. 259. Philiacus de officio sacerdot. tomo. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. §. 5. peccat.

7 Ex his sententijs existimo has duas vltimas esse probabiliores. Atq; ita dico esse, & in plurimum culpam esse venialem, debitum eo tempore exigere. Nec ducor ad id ratione dāni proli, eius enim incertitudo, & varietas, quam n. 5. probaui, & experientia testatur, innumeri enim tempore menstrui coeunt, & rarissimè perpericimus hæc damnum in prole: & pariter melius ipsi ita gigni, esse, quàm non gigni: vt d. nu. 5. explicui, arguitur ex hac parte nullam esse culpam. Sed ratio peccati venialis est turpitudò, & in lecentia in eo coito, vt. n. 5. probaui. Atq; ita his rationibus amplector eam sententiam. Quare si aliqua ratio sit hæc impitui dini præponderans, & actũ honestans, vacabit culpa, vt docet vltima sententia: nepe, si ad vitandam in se, vel in alio fornicationem, vel ne coniux suo confortio odio sit, vel alia similes. Nec ab hac culpa eximeri coniuges sterilitas, quamuis enim cesset damnium proli, non tamè cessat ea turpitudò, & indecentia.

8 Hinc infero, in nullo euentu esse culpam

mortalem, petere debitum tempore menstrui, quamuis coniuges credunt fore vt monstrum gignatur. Quia verificatur melius esse proli ita esse, quare de damno sibi illato conquiri non potest. Ita Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 3. nu. 13. & D. Anton. 3. par. suæ summa tit. 1. c. 20. §. 5. & Nauar. Matien. Philiacus num. 6. allegati. Graffis, & Vega, quos nu. 5. retuli. Quamuis Supplementum, Gabrielis. 4. d. 32. q. vnica, ar. 2. post. 11. concl. vers. videtur ergo. Sylu. verb. debitum. q. 6. Gaeta repet. cad. limin. 30. q. 1. §. 4. n. 178. Ledes. & Bartho. à Ledesma. n. 5. relati, censent esse culpam lethalem. Quia existimant culpam in hoc congressu consistere ex proli damno: excusant autem omniniter à mortali, ratione incertitudinis damni (præter Sylu. qui distinguit, vt numer. 4. retuli.) Quare vbi periculum est tunc dicitur, dicunt esse peccatum lethale. Cũ verò ex hac parte non constituum culpam, sed ratione turpitudinis, & indecentiæ, quamuis damnium sit certum, existimò nõ esse mortale.

9 Si autem vir fluxu feminis patiat, nulla ob id est culpa debitum exigere. Tum, quia perpetua, aut nimis diuturna est passio, durissimumq; esset coniuges ad tam diuturnam abstinentiam astingere: tum etiam, quia semen illud est generacioni ineptum, atq; ita nullum damnũ inferitur proli. Ita sentiunt. D. Thom. 4. d. 32. q. vni. ca. ar. 2. quaestiu. 2. ad 1. vbi Sotus. q. vnica, ar. 2. ad 2. vers. & pariter ad illud Palacios disp. 1. fol. 710.

10 Ad argumenta. n. 2. proposita respondetur. Ad primum cum Castro. n. 6. allegato, id præceptum fuisse cõemoniale, quatenus prohibebat accessum septē diebus ob immunditiã, & horrorem, effliciebatur; irregularè & ineptum ad tangendũ sacra, tunc accedent. Iudiciale autem, quatenus imponebatur pœnã mortis, & ita cessasse: dum dicitur autē sancti illud fuisse partim morale, & obligare in lege Evangelica ratione dāni proli, aut vel intelligendos esse, dũ pariter id proli damnũ intendentes: vel vt non dicat debitum vere obligacionis, sed honestatis, & cõgruentiæ, quale debitum solè sepe diuinũ ius appellare. Atq; ita dũ D. Greg. relatur. c. final. d. 5. ait, cõiuges tempore menstrui arcendos esse à cõgressu: dicit gl. verb. prohibetur, aliquos exponere, id est, dissuadet. Et eadē gl. c. si causa verb. conceptus. 33. q. 4. ait esse consilium. Vel. 2. dicit præceptum in lege noua nõ obligare



ad solam culpam veniale. Ad confir. & cetera argumenta, cū suis confirmationibus, constat ex dictis. n. 7. & 7. vbi id non dānum, sed prolis beneficium esse probauimus: & esto damnū esset, eius incertitudinem, & raritatem excusare.

11 Haecenus de petitione debiti sermo habitus est. Circa redditionē autē, totidem inuenio opiniones. Prima ait esse mortale, reddere tēpore menstrui naturalis. Ducitur, quia est mortale petere ratione dāni prolis: ergo & reddere. Quia damnū prolis vterq; coniux vitare tenetur. Et quia vagus concubitus ideo est intrinsecē malus, quia cedit in prolis detrimentū. Si ergo tēpore menstrui accessus sit in eiusdē damnū, erit intrinsecē malus, ac proinde lethalis, tā in petente, quā in reddente. Ita docēt Scotus, Guillel. Vorrillong. Angelus, Rosella, Angles, Cañedo, quos. n. 2. retuli, vbi & posui limitationes Angeli.

12 Secunda sententia docet culpā esse reddere: subicit autem, mortalis ne, an venialis sit. Ita Glossa cap. final. verb. ablaetur d. 5. Anton. & Alexan. de Neuo. n. 2. allegati. Turrec. allegatus, nu. 3. & ex Theologis, quidam antiquiores (vt refert. D. Th. 4. d. 32. quæst. vnicā, art. 2. quæstiuicula. 3. corpore, & D. Bonauen. ibi, ar. 3. q. 1. dicit videri probabiliorē. Eandem tenent Bassolis ibi, q. vnicā, art. 3. Ricardus, Mayronis, Celaia, num. 3. allegati. Nicolaus de Niffa super. 4. sententiarum, tract. 6. p. 3. de matrimo. q. 4. paulō ante argumentorū solutionem. Limitant Anton. & Alex. de Neuo, nisi adfit fornicationis periculum: tunc enim ait Anton. saltem non esse mortale reddere, & Alex. de Neuo dicit, nec esse veniale. Secundō temperat Cleia, nisi certa sit vxoris sterilitas.

13 Tertia sententia ait, coniugem, minimē teneri reddere: vtrū autem licitē possit, non meminit. Sic Almain. 4. d. 32. q. vnicā. ad fin. Ioan. de Friburgo sum. confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 46. Viger. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 10. Enriquez lib. 11. de matrimo. c. 15. n. 7. Temperant Ioannes de Friburgo, & Enriquez, nisi coniux sentiat exigenti periculum fornicationis imminere. Addit Ioannes de Friburgo, posse coniugem licitē reddere, quāuis nō teneatur.

14 Quarta sententia ait licere coniugi reddere, si alter admonitus desistere nolit à petitione, nō explicat autē nū in eo euentu reddere teneatur. Qualis autem debeat esse admonitio, explicabo. n. sequenti. Ita

Rainerius, & Nicolaus de Orbellis allegati. nu. 2. Astenus, & Hugo ibi citati. Caiet. sum. verb. matric. e. vlt. vers. 3. caput. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 5. fin. Maio. 4. d. 32. q. 2. argumen. 4. contra. 3. concl. Medina lib. 1. summā. c. 16. §. 13. fol. 232. vers. lo tero ro. Ludou. Lopez. 1. p. instr. c. 84. §. porro quia, & c. 82. paulō post principium. Temperat Maioris, nisi sit verisimile prolis dānum. Et nō faciētes mentionē illius admonitionis, dicunt licere reddere bono fine, Nau. Matien. Philia. n. 6. allegati. Imō absque nulla limitatione id asserit Glossa, & Castro eod. n. 6. relati. Thomas de Argentina. 4. d. 32. q. vni. ar. 1. Verac. Grassus, Vega, vbi. n. 5. eos retuli.

15 Vltima sententia docet non tantū licere, sed teneri debitū reddere, vbi vir admonitus nō respicit: & hanc admonitionem tunc præmittendā, quando vxor probabiliter credit fore vt profit, nec tūc teneri suā passionē patefacere, ne odio habeatur, sed debere precibus non vrgentibus, ne fornicādū occasione viro tribuat, cū auertere: vel aliquā occasione prætenendo, vel si de eius prudētia spē probabilem cōcipiat, fore vt eā odio non habeat, suam passionem detegendo. Quia coniux tenetur ex debito iustitiæ debitum reddere, nec videtur sufficiens excusandā ratio, damnū prolis, quod vel nullum, vel rarissimum, in certissimumque est. Ita D. Thom. 4. d. 32. quæst. vnicā, ar. 2. quæstiuicula. 3. corpore, vbi Palud. q. 1. art. 3. num. 13. vbi Sotus. q. vnicā, art. 2. ad. 2. Carthusianus. q. 1. & in c. 15. Leuitici, post mediū q. 2. Sylu. verb. debitum. q. 6. Ledesma. 2. par. 4. q. 66. artic. 1. §. hæritabis tamen. Nider summ. præcepto. 6. c. 4. vers. item mēstruata. Alexander in suo Enchiridion. 2. p. præcepto. 6. vbi de debito coniugali, §. si mulier. Bartholomeus à Ledesma. Petrus à Ledesma. Manuel, allegati. n. 5.

16 Mihi placet hæc vltima sententia, vt nō solū liceat mulieri reddere, sed etiā teneatur. Quia si exigere, quod omnino voluntariū est, valet culpa, vbi iusta causa inducit: vt diximus, num. 7. nedum reddere, ad quod lex iustitiæ obligat: que enim iustior causa excogitari potest, quā propriæ obligationi satisfaciendi? Et cū reddere liceat, tenebitur vtiq;. Quia nulla iusta causa ab eo se onere eximendi, subest, vt probaui n. præcedenti. Præterea, quia ad summum vir exigens delinquit venialiter, vbi autē sola venialis adest culpa in exactione, te-

netur

neturalter cōiux reddere: vt probaui hoc lib. disp. 6. n. 6. Nec credo admonitionem de qua egi, num. præcedenti, esse in præcepto. Durum enim videretur non existentē damnū prolis, ob quandam indecentiam venialē, quam ad summum vir admittit, exigens, in cas vxorem angustias redigere, vt effugere debeat occasionē, quō se eximat: eō vel maxime, quōd si sepe viri intelligat ex odio procedere, aut saltem ex amoris defectu, & cū sint ad fornicandum proni, in alias incontinentias labentur. Quare teneri tūc vxorem reddere non sista admonitionis mentionē, docent Astenus. 2. part. quæstion. 166. membro. 3. fine. D. Bonauen. 4. d. 32. art. 3. quæst. 1. & in expositione literæ, numer. 7. Petrus de Tarantalia ead. d. 32. art. 3. quæst. 3. & ibi Palacios disp. 1. fol. 707. Abulen. cap. 5. Matthæi. q. 245. Henricus capit.

inquisitioni. n. 10. de sent. excom. Ledesma. 2. p. 4. q. 55. art. 1. fin. Gaeta repet. ead. l. mina. 30. q. 1. §. 4. n. 180.

17 Exciperem tamē casum illum, qui moraliter est impossibilis, nimirum, si coniuges probabiliter existimaret̄ nonstrum ex eo concubitu gignendum, quamuis enim cū vir non peccet mortaliter exigens, vt dixi numer. 8. ac proinde possit vxor reddere non existimo illam ad id teneri. Quia detrimentum magnum vxoris est filium tanto affectum morbo habere. Quis enim dolor æquabitur ei, quem mater perpetuo patietur præ oculis habens eam prolem? sicut vxor potest debitum reddere viro leproso, cum notabili infectionis periculo, non tamen ad id tenetur, vt dicemus hoc lib. disput. 2. n. 23.

18 Ad argumentum nu. 11. propositum constat ex dictis. n. 57. & 10.

DISPUTATIO VIGESIMASECVNDA.

Vtrum illicitus sit concubitus inter coniuges tempore quo vxor est grauida, aut post partum ante purificationem, aut ablaetationem infantis?

SVMMARIVM.

1 An sit mortale, petere, aut reddere, tempore prægnationis, si aborsus periculum sit. nu. 1. Proponuntur argumenta ad probandum esse mortale, etiam cessante eo periculo, nu. 2. Non est mortale. n. 3. Refertur opinio asserens esse veniale, petere, aut reddere. n. 4. Non est veniale, sed sub præcepto reddere. n. 5. Nec petere. n. 6. Diluuntur argumenta. n. 7. Post partum, non est necessarium expectandum purificationis tempus. n. 8. Nam si culpa ante purgationem, petere, aut reddere. Refertur duplex opinio, numero 9. & 10. Sententia Auctoris, nu. 1. Et an alter coniux teneatur reddere. nu. 12. Refertur sententia damnans accessum, dū inians lactatur. n. 13. Sententia auctoris. n. 14. Quid, si femina proleui lactans sit pauper, nec sit saluēdo nutrici puerum lactaturæ, nū sit peccatū petere, & teneatur reddere? n. 15. Soluuntur argumenta. n. 16.

19 **T**Riplex petitur difficultas breui dissoluenda. Prima, de tempore prægnationis. Secūda de tēpore post partū ante purificationem. Tertia de tēpore, quo proles lactatur. Et quid si tempore prægnationis, sit aborsus verisimile, periculū vteno ad cōiugali, manifesta est lethalis culpa, petere, aut reddere. Quia talis cōcubitus bono prolis aduerfatur, quod maxime spectat cōiugalis vsus, atq; ita frustrat suū fine, perimiturq; innocens fetus. Ita docēt Ricar. 4. d. 32. ar. 3. q. 2. Henric. c. inquisitioni. nu. 8. de sent. excom. Asten. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 3. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 4. Ros. verb. debit. n. 8. vbi Ang. n. 33. Syl. q. 5. Tabien. matr. 3. q. 5. §. 6. Abu. c. 5. Matr. q. 243. Tur. c. si causa. n. 1. 33. q. 4. Pet. de Led. de matr. q. 64. ar. 1. dub. 4. Qui addit pensandū esse hinc inde periculū aborsus fetus, & ex altera parte incontinentiæ coniugū. Sed existimo nullū incontinentiæ periculū præpōderare posse verisimili aborsus periculo, ita vt cōcubitus eo existētē licitus reddat. Quia illi incontinentiæ discrimini alijs vijs, & medijs cōsuli potest, absq; fetus dāno.

Fiff 3 Infu-

-301